

בָּתְנִינִין

Introductio.

CAUSAS corporis Naturalis, utpote essentialia hujus constituentia, justo ordine excipiunt in Physicâ Affectiones, ceu essentialia consequentia. Cognoscitur enim omne subjectum scientificum, quale etiam Corpus naturale est, primum per causas, post per Affectiones, ac tandem per species. Quemadmodum è naturâ Entis certæ fluunt Affectiones; ita quoq; è naturâ corporis, cum essentia nulla ociosa sit, sed certarum affectionum & effectionum principium. Ex materiâ fluit quantitas, locus & tempus; ex formâ qualitas, motus & quietes. Adeoq; omnes Affectiones sequuntur certum aliquod principium, idq; dicitur subjectum Quo affectionum, uti Corpus Naturale subjectum Quid. Non enim sufficit ad scientiam, dicere corpus naturale quantum, quale, esse in tempore, in loco, sed illius rei danda causa, & cur ita dicatur indagandum omnino est. Qvas Corporis Naturalis Affectiones in genere jamjam tradituris sit Bono cum DEO.

SECTIO PRIMA,

Hujusq;

Caput Primum

Explicans

Definitionem Affectionum Corporis

Naturalis in genere,

quae est

Affectiones sunt Accidentia, quæ corpori Naturali omni, soli, semper & inseparabili infundit vel adsumt.

A 2

S. I. Defin.